

SECTIO XX.

DE

S O M N O.

§. 317.

Vtraque nervosi systematis actio, cuius historiam hucusque abfoluimus, sentiendi sc. et mouendi, ita fatigatur diurno vſu vt nocturna ipſi quiete opus ſit ad refo-
cillandas vires, quas quidem gelidae mor-
tis imago, *fomnus a*), reſtituit.

§. 318.

Eſt autem ſomnus functio perfecte pe-
riodica, qua commercium animi cum cor-
pore ſuſpenſum quaſi ſilet, et cuius phae-
nomena iam ſigillatim recensenda, ſi quae
alia, fluido cuidam nerueo non inepte re-
ſpondere videntur.

§. 319.

a) cf. praeter auctores infra laudandos EM. DARWIN
Zoonomiae T. I. ſect. XVIII.

§. 319.

Sunt autem praeter alia praecursores et nuntii somni magis magisque sensum ingrauescens sensuum externorum hebetudo, et musculorum plerorumque voluntatis arbitrio subiectorum, maxime longorum, relaxatio; sanguinis item venosi versus cor congestio, et incommodi inde nati oscitationis ope leuamen; denique etiam in ipso quasi ultimo vigiliarum et somni limine, et vnius in alterum transitu singularis cuiusdam delirii brevis species *b*).

§. 320.

Ipse tunc somni phaenomena eo redeunt, ut animales functiones in totum si-
leant, reliquae autem ad vnam fere omnes
segnius paulo et quasi torpidae procedant:
nam et pulsus somno sepultis lentior, et
calor animalis ceteris paribus aliquanto
imminutus, ut et perspiratio parcius, di-
gestio iniquior, excretiones (si a masculi
feminis,

b) Singularia de eo observata refert DE PAUW in
Recherches sur les Egyptiens et les Chinois T. II.
pag. 156.

feminis, rariore tamen illa ipsa, discefferis,) tantum non omnes suppressae &c.

§. 321.

Causae quae somnum inducunt *remotiores*, in promptu sunt. Vt enim ipsa narcotica taceam, maxime illuc faciunt virium animalium dispendium ex fatigatione praegressa, aut vigiliis &c.; vis consuetudinis, et quae ex eodem partim fonte vires suas somniferas habent tenebrae, silentium, quies &c.; tum et lenes et vni-formes et continuae in quosdam sensus agentes impressiones, vt murmur riuli aut aspectus fegetis zephyro agitatae &c.; porro passus praegressus *c*), frigus intensius corporis periphericum *d*), aliaque sangui-

c) cl. DAN. LANGHANS *de causis ortae a pastu somnolentiae*. Gotting. 1747. 4.

d) Hinc periculi plenissima et tamen fere inuincibilis totiesque lethifera somnolentia rigente sub dio homines corripient, cuius placidissimi quidem mortis generis numerosa lugubria monumenta in niualibus Sui Gotthardi cacuminibus vidi.

Similia pericula, quae cl. BANKS cum SOLANDRO aliisque sociis in terra del fuego subiit graphice describuntur in priore COOKII orbis periplo apud HAWKESWORTH Vol. II. p. 47 sq.

sanguinem ab encephalo deriuantia, pediluvia, clysmata, ipsae denique grauiiores haemorrhagiae & s. p.

§. 322.

Et ipsae istae quas posteriore loco diximus remotiores causae ad *proximam* ducere poterunt, utpote quam, omnibus collatis, in imminuto aut impedito influxu sanguinis oxygenati (quem vulgo arteriosum vocant) ad encephalum, utpote qui ad reactionem sensorii summe necessarius est, verisimiliter ponendam puto *e*).

Immi-

e) Adeant quorum interest alias de causa somni proxima sententias noscendi et inuicem comparandi

M. DE GRIMAUD *Mémoire sur la nutrition*. Petrop. 1789. 4. pag. 194.

H. NUDOW *Versuch einer Theorie des Schlafs*. Regiom. 1791. 8.

STEPH. GALLINI ad calcem Ej. *Saggio d' Osservazioni sui nuovi progressi della Fisica del corpo umano*. Patav. 1792. 8.

MAUDUIT ap. FOURCROY in *medecine éclairée* &c. T. IV. pag. 273.

J. CHR. REIL *functiones organo animae peculiare*. Hal. 1794. 8. pag. 108.

* *in perfectum functiones et voluntarios motus vigiles hominis.*

Imminuitur quidem, sanguinei fluenti a cerebro deriuatione et versus remotiores partes congestione; impeditur autem aliena materie cerebrum comprimente, situe hoc serosa colluuius, siue pus, caluariae ex fractura depressio &c.

Sequitur autem eam imminutionem illudue impedimentum vaporis s. aquulae ventriculorum cerebri defectus, eorumque ipsorum collapsus, ex quo varia somni phaenomena acute explicat vir egregie physiologice doctus, alias iam a nobis laudatus, Dav. Hartley *f*).

Respondet sane huic causssae, praeter tot alia, singulare phaenomenon quod mihi ipsi oculis vsurpare licuit in homine viuo, cuius supra iam memini, cui, quoties et quamdiu dormitabat, cerebrum simul desidebat, interdiu vero vigilanti copiosiore sanguine turgebat.

Respondet vero eidem etiam ab altera parte peruigilium, quod nempe sanguinis versus caput congestiones sequi solet.

§. 323.

Somni mensura quidem magnam partem ab aetatis, corporis habitus, temperamenti &c. varietate pendet: in vniuersum tamen omnia eo conspirant, longiorem somnum aut imbecillitatis comitem esse, (vt in infantibus praemature partu editis, et filicerniis videmus,) aut fatuitatis et torporis vberimum fontem.

§. 324.

Somno refectioni expurgiscimus, et is quidem in vitam reditus similibus fere ac ex ea in somnum transitus stipatur symptomatibus; oscitatione sc. (eam vero tum plerumque pandiculatio comitatur,) sensuum etiam aliquali hebetudine & f. p.

§. 325.

Causae vero euigilantes, iis quae somnum inducunt respondere videntur:

proxima nempe erit sanguinis fluentum copiosius ad encephalum rediens;

remotae, praeter consuetudinis vim, cuius heic maxima potentia est, stimuli
uarii

varii generis, sintue externi sensus sopitos excitantes, sintue interni, iidemque aut in corpus proxime agentes vt vesicae repletio; aut mediante phantasia systema neruosum afficientes, quod somniorum est.

§. 326.

Sunt autem *somnia* imaginationis quasi lus, quibus rerum perceptarum species reuocat, seque iisdem exercere et agitare videtur.

Disputatum est, num sano homini natura conueniant nec ne. Fuerunt qui nullum absque somniis exiltere somnum credant, etiam si non semper eorundem recordemur *g*). Alii contra somnia non nisi turbatam viscerum infimi ventris functionem sequi putant *h*). Et sunt sane adulterorum sanissimorum exempla qui nunquam se somniasse asseruerint *i*).

Plerum.

g) cf. KANT *Critik der Urtheilskraft* pag. 298.

h) v. F. XAV. MEZLER *von der schwarzgallichten Constitution* pag. 80.

i) cf. LOCKE'S *Ess. concerning human understanding* Vol. I. pag. 74. ed. Lond. 1726. 8.

Plerumque quidem confusa sunt et inordinata id generis nocturna phantasmata; est tamen quandoque vt et rationis miranda testentur vestigia *k*).

In vniuersum autem magna corporeorum stimulatorum ad excitanda somnia videtur esse potentia, feminis v. c. ad lubricas species, nimiae repletionis ad anxia visa &c. Imo exemplum accepimus relatum hominis, cui dormienti somnos pro lubitu fuscitare poterant amici, quando leniter eundem alloquendo somnii materiem suppeditabant *l*). Verum hoc ad mixtum praeter naturam statum somni et vigiliarum referendum videtur, quo et vere morbosa noctambulorum affectio spectat *m*).

Sed et in vniuersum somnia pro eiusmodi status mixti specie habere placuit Lockio aliisque.

k) cfr. v. c. quae de se ipso retulit huc facientia
HOLLMANN *pneumatolog. psycholog. et theol. natural.*
Gotting. 1780. 8. pag. 196.

l) BEATTIE *dissertationes moral and critical.* Lond. 1783.
4. pag. 217.

m) G. GOTTL. RICHTER *de statu mixto somni et vigiliae quo dormientes multa vigilantium munera obeunt.*
Gotting. 1756. 4.